



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

34. De treuga, & pace.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

minuere. Hinc etiam vulgò colligunt Prælatos inferiores non posse dispensare in legibus superiorum, & in poenis earum, vt per Soar. d. censur. disp. 5. sect. 4. n. 7. & disp. 7. sect. 4. n. 1. & disp. 29. sect. 1. n. 2. 1. & de legibus, lib. 6. c. 14. n. 4. & de defensione Fidei lib. 4. c. 8. n. 1. 5. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 7. n. 6. & alios quos refert Illustriss. D. Roder. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus in com. ad c. inferior 4. disp. 2. 1. n. 2.

4 Mandamus, &c. Notatur ad hoc quòd maior delinquens in alieno territorio habetur pro priuato, vt per Azeued. l. 1. n. 87. cum seqq. tit. 16. lib. 8. noua recopil.

In distictis studeas inhibere. Notatur ad hoc quòd ad effectum vt cognoscatur quòd sit Ecclesia Cathedralis, inspicitur tempus præsens, vt per Host. in præfati n. 13. Seraphin. decis. 1445. in fine, Rot. in Casarancustana præminentiarum 29 Nouembris 1627. coram R. D. meo Coccino Deceano, in vers. quo verò ad secundam rationem.

5 In gloss. Cathedralis, ibi, qui huiusmodi mutationes, translationes, & consimilia debent fieri de auctoritate Papa. Notatur ad hoc quòd Ecclesiam Cathedralis solus Papa mutat. Ego ipse de offic. & potestate Episcop. p. 3. alleg. 10. n. 5.

6 In gloss. Legares, ibi, item est hic arg. quòd si Papa mandat, &c. Notatur ad hoc quòd quando nuda potestas excommunicandi est alicui tanquam nudo executori commissa, hic potestatem absoluendi non habebit, sequuntur in præfati Ioan. Andr. col. ult. n. 1. vers. & in fine, Butr. n. 8. Panorm. col. 1. in fin. vers. in ead. gloss. Felin. col. 3. n. 5. vers. fallit tercio, quos & alios plures refert, & sequitur Rendina in promuario recept. sent. tit. 41. de excom. n. 4.

S V M M A R I V M

- 1 Compositionem super iure primatie vnus solus, cuius interest, poterit impedire.
- 2 Archiepiscopus Prouincia est.
- 3 Primatie questio inter Bituricen. & Burdegalen. Archiepiscopos refertur.
- 4 Auctoritatis nimia increpatio nec correctionem recipit, nec salutem.

C A P. Humilis. XVII. & fin.

1 Inter duos Archiepiscopos quando est questio quis eorum sit primus, & Papa aliquid determinat, ante publicationem huius determinationis requiritur consensus Prælatorum, & Capitulorum vtriusque partis, & Capituli alterius, & si consentire nequeant, compareant Prælati personaliter, Capitula per procuratores coram Papa ad dicendum ius, & si succumbant, soluant expensas parti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Host. Bald. Anch. Panorm. Butr. Henric. Viuian. in rationali primi libri iur. Pontif. pag. 481. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 168. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Burdegalenis Prouincia. Ergo Archiepiscopus Prouincia est, Rebuff. ad l. 199. vers. sed quoad declarationem, ff. de verb. sign. pag. mibi 633.

3 Quam inter Bituricen. & Burdegal. Archiepiscopos in causa Primatie, &c. In Prouincia Aquitania, quæ continet Bituricenses, & Burdegaleses, controuersia fuit inter illos duos Archiepiscopos, quis eorum primatum haberet; in qua questione faciant quæ

Alberic. in rub. d. statu hominum, col. ult. vbi dicit Archiepiscopum Bituricensem esse primatem in Prouincia Burdegalenis, Card. Alexand. in c. desimus 22. dist. Bituricensem ponit primum Patriarcham post quatuor antiquos Patriarchas, Nicol. Boër. in addit. ad tract. de auctoritate, & præminencia magni Consilij, p. 1. n. 14. Bituricensem esse primatem in Burdegalenis Prouincia. Hodie tamen ambo se vocant primates Galliarum, habent suffraganeos, & nullum Metropolitanum.

In gloss. Humilis, ibi, austeritatis autem nimie increpatio nec correctionem recipit, nec salutem. Item S. Prosop. de vita contemplativa, lib. 2. c. 5. in hæc verba, Austeritate autem nimia & increpatione offensus nec increpationem recipit, nec salutem; refero ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 2. gloss. 12. n. 1. 2. n. 26. adducens illam, auctoritatem S. Isidori lib. 3. de sum. bono, c. 9. 2. qui delinquentem superbo, vel odio animo corrigit, non emendat, sed percutit, & oburgantis furor est, non dilectio corrigentis, & quicquid lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigentis; alia plura in hoc propositum adducit Thomas de Mancinis, in sua laureola dominorum Prælatorum, pag. 47.



De Trenga, & Pace.

TIT. XXXIV.

S V M M A R I V M.

- 1 Pacis latus & praconia.
- 2 Trenga & pacis connexio.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Felin. Butr. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 16. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Melnart. in epitome Decret. fol. 40. verso, Dan. Venator in analysi method. iuris Pontif. à pag. 208. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decret. Barth. Carth. in exposit. titulorum iuris Canon. Zypæ. in analytica postremi iuris Ecclesie narrat. pag. 60. nouissimè Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De trenga, & pace peculiare tractatus edidit Nicolaus Moronus, Sebastianus Guazinus, & Octau. Vulpel. rom. 1. tract. Doct. p. 1. fol. 206. & incidenter tractarunt Hispani tit. 12. part. 7. & l. 41. & 22. styli, vbi Pan. & titul. 9. lib. 8. noua recopil. Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit. Conrad. in templo omnium iudicum, lib. 1. cap. 1. §. 4. vers. 16. Ceual. com. contra com. q. 392.

De pace Vide D. Thom. 2. 2. q. 29. art. 1. Boër. decis. 40. num. 1. Rota Bononien. decis. 64. n. 16. & 17. Hyppol. conf. 9. num. 48. Cotta in memorabilib. verbo, Pax, pag. mibi 663. Adr. Gail. de pace publica, Perez ad lib. 4. Ordinam. pag. mibi 858. Anton. Corset. de priuileg. pacis in vol. 13. tract. Iacob. Nouell. in praxi crim. tit. de pace, & maxime ex n. 41. Cosim. in pragmat. sanct. in præm. §. qualiter præerea in gloss. verbo, pacis, Lancel. Conrad. in templo omn. iudic. lib. 1. c. 1. §. 3. verbo, pacificus debet esse, Altamis. de visit. in verbo, pacem, & plures refert Cened. ad decret. collect. 31. num. 1.

Omnia

1 Omnium rerum & parens & nutrix pax, nam gratia pacis insignis ut in vere ipso omnia virent, sic omnia vigere videntur, crescent opes, vigent leges, floret Reip. disciplina, feruet religio, valet aequitas, pollet humanitas, vberior est questus pauperum, splendidior opulentia diuitum. Pax est finis discordiae dicit Ioseph. Sesse. *Arag. decis. 101. n. 7. & n. 43.* resoluit quod pax est stricti iuris, & sic non extenditur ad ea, quae in capitulis eius non continentur, & n. 45. quod pax facta non rumpitur per controuersias iudiciales, siue sit pax publica, siue priuata.

2 Treuga, & pax ita connectuntur ut validum sit argumentum de vna ad alteram, & ideo sicut treuga, ita & pax non dicitur rupta si ex noua superueniente causa alter alterum offendat, ut per Hyppol. de Marfil. *conf. 9. n. 48. & 51. & conf. 83. n. 24. & conf. 122. n. 10.* Gail. de pace publica, c. 2. in fine Benintend. Bonon. *decis. 65. à n. 4.* Nicol. Moron. in tract. huius tit. p. 2. q. 12. n. 1. cum seqq. Vini. tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 25. n. 31. vers. secur. pag. 524. Mascard. de probat. concl. 1157. num. 74. cum seqq.

S V M M A R I V M.

- 1 Treugarum tempora statuit, & poenas violantium.
- 2 Bellare non licet in diebus ieiuniorum.
- 3 Noctu dicitur post occasum Solis.
- 4 Episcopus potest per censuras compellere laicos ad treugam, & illam frangentes punire.
- 5 Inimicos excommunicare potuit Episcopus si pertinaciter recusauerint facere conciliationem.
- 6 Episcopis incumbit ad pacem firmiter tenendam mutuum consilium, & auxilium praebere.
- 7 Vincula duo magis ligant.
- 8 Coniunctiones duae vni soli praevalent.
- 9 Lex, seu dispositio Principis non acceptata, nec moribus ventium comprobata non ligat subditos.
- 10 Treuga est securitas praestita rebus & personis discordia nondum finita.

CAP. Treugas. I.

Alex. III.

1 Treugarum tempora designat, & imponit excommunicationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Bald. Felin. Anchar. Panorm. Henric. Boich. Host. Butt. Vini. in rationali primi libri iuris Pontif. 487. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 170. remissiuè Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 11. tit. 24. c. 1. & in Panormia lib. 8. cap. 247.

2 A quarta feria, &c.] Notatur ad hoc quod in diebus ieiuniorum bellare non licet, ut per Azor. in sit. moral. p. 1. lib. 7. c. 21. q. 4.

3 Post occasum solis.] Ergo & noctu, ut per Tiraq. de retract. lib. 8. i. gl. 11. n. 9.

4 Suis Episcopus sententiam, &c.] Notatur ad hoc quod Episcopus potest per censuras punire treugam frangentes, & ad treugam compellere etiam laicos, Abb. bto. & Felin. in rub. huius tit. num. 9. Marc. Anton. Genues. in manual. Pastorum, cap. 43. num. 14. Sic etiam poterit Episcopus excommunicare inimicos, si pertinaciter conciliationem facere recusauerint, cap. per latum 90. dist. Bellet. disquisit. clericali. part. 1. tit. de disciplina clericali, § 14. num. 65. & illos, qui diu litigauerunt, & adhuc lis inter eos durat, ut ad pacem &

concordiam deueniant postquam primitus eos admouerit, cap. placuit, & ibi gloss. 1. c. studendum 60. dist. Barbat. *conf. 1. num. 2. vers. & adduco, vol. 3.* Bellet. d. § 15. num. 95. vers. quemadmodum. ego ipse de officio, & potestate Episcopis, part. 3. alleg. 79. num. 6. nam Episcopis incumbit ad pacem firmiter tenendam mutuum consilium, & auxilium praebere, & contra eam frangentes animadvertere, Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 20. num. 54. in fine An autem dicatur pax rupta, aut incidat in poenam fractoris pacis, qui ex noua causa offendit aliquem, vide Alex. *conf. 19. num. 1. volum. 1.* Benintend. *decis. 65. num. 2.* Moron. de pace, q. 112. num. 5. H. ppol. in rub. de fide iuss. n. 152. Clar. lib. 5. §. fin. q. 47. n. 9. Hoi. d. de incompatib. benef. p. 1. c. 23. num. 18.

Quoniam funiculus triplex difficile rumpitur.] Notatur ad hoc quod duo vincula magis ligant, Surd. de aliment. tit. 6. q. 13. n. 2. & decis. 154. n. 9. & conf. 61. n. 6. & conf. 173. num. 28. & conf. 175. num. 39. & conf. 329. num. 18. Cald. Pereira de resol. emphyt. cap. 9. num. 24. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 13. à n. 90. Card. Tusch. tom. 3. lit. D. concl. 80. Marc. Anton. Genues. in practicab. Eccl. q. 18. num. 3. Et duae coniunctiones vni soli praevalent, Menoch. *conf. 124. num. 46. & 47.* Et clausula geminata enixam voluntatem magis ostendit, Crauet. *conf. 54. vol. 1. Dec. conf. 51. sub num. 3. & conf. 373. num. 8.* Roland. *conf. 100. n. 63. volum. 4.* Vnde statutum disponens idem, quod eius commune, addere vinculum, tenet Dec. *conf. 49. n. 17. vol. 1. & conf. 51. num. 7. vol. 2.* Alderan. Mascard. de interp. statut. concl. 12. n. 71. cum seqq.

In gloss. Frangere ibi, moribus ventium, &c. Notatur ad hoc quod lex, vel dispositio Principis non acceptata, nec moribus ventium comprobata non ligat subditos, saltem quando non fuit obseruata sciente, & tolerante Principe. Vide Felin. hic num. 6. & 7. Conarr. lib. 2. var. cap. 16. n. 6. vers. 5. Benintend. *decis. 13. num. 9.* Perez in proem. Ordin. q. 12. in prin. & l. 1. gloss. 1. pag. 202. colum. 1. post princip. tit. 7. lib. 5. Ordin. Duen. reg. 79. amp. 5. Guillelm. in c. Raynatus, verbo, & ex ore nomine Adelasiae, m. 229. de testam. lib. 6. Rebuff. in proem. ad leges Gallie, tit. 1. n. 11. & 12. Hyppol. de Marfil. *conf. 49. n. 49.* Ioseph. Ludou. Perus. *decis. 98. n. 1.* Nauar. *conf. 1. de confut. n. 13. cum seqq.* Flamin. de resign. benef. lib. 8. q. 8. n. 154. & de confident. q. 1. à n. 19. Valquez 112. tom. 2. disp. 156. cap. 5. num. 34. cum sequentib. Menoch. de praesumpt. lib. 2. praes. 12. late Erasim. à Cochief de iurisd. Ordinarij in exemptis, part. 1. q. 50. à n. 8. Sayt. in clau. Regia, lib. 3. cap. 5. num. 14. Fr. Emmann. quest. Regular. tom. 1. quest. 6. art. 6. & 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 26. num. 21. Corral. in explicat. ad aliquas leges recopilationis, cap. 18. num. 26. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum, part. 2. fundament. 3. num. 17. Et sic per non vsum tollitur lex, las. in l. de quibus, num. 33. ff. de legib. Cassan. in consuetud. Burgundia, rub. 2. §. 4. fol. 30. & 34. Azor. in sit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 4. quest.

In gloss. Treugas, ibi, treuga est securitas praestita rebus, & personis, à discordia nondum finita. Vide Azor. in l. 1. num. 1. tit. 8. lib. 8. nona recopilat. Perez l. 1. vers. dubitatur, tit. 8. lib. 4. Ord. Christoph. de Pace ad l. 1. styli, num. 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Belli tempore gaudent securitate Presbyteri, Monachi, peregrini, mercatores, agricola, & animalia.
- 2 Mercatores inter miserabiles personas connumerantur.
- 3 Pistor non dicitur mercator.

4 Mercator

- 4 Mercator non dicitur ille, qui vendit vinum, oleum, vel granum ex proprio fundo, nec artifex, qui rem emit, ut suo labore, & industria in aliam formam redigat.
- 5 Boves aratorij ad executionem capi non possunt.

CAP. Innouamus. II.

- Tempore belli gaudent securitate Presbyteri, Monachi, peregrini, mercatores, agricolae, & animalia. Colligunt ex Ord. n. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Holt. Butr. Felin. Anchor. Henric. Viu. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 489. Alagona in compend. iur. Can. pag. 170. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 2. c. 2. & in c. 22. Concil. Lateranen. & in Panormia lib. 8. c. 147.
- 2 Mercator.] Qui etiam inter miserabiles personas numerantur, ut per Strach. de mercat. p. 1. n. 8. Aduerte pistorem non dici mercatorem, Surd. decis. 115. n. 5. nec illum qui vendit vinum, oleum, vel granum ex propriis fundis, Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 375. n. 8. in 1. edit. alias resol. 1. 7. in 2. edit. nec artificem illum qui rem emit, ut suo labore, & industria in aliam formam redigat, Surd. decis. 313. n. 1. bene tamen qui locat equos, vel mulos, Cassan. in consuet. Burgundiae, rub. 4. §. 2. verbo, si elle est marchande, n. 7.
- 3 In gloss. Existens, ibi, sed animalia semper habent, unde pignori dari non possunt. Notatur ad hoc quod boves aratorij ad executionem capi non possunt, l. executores 7. cum auth. seq. C. quae res pignori, apud Lusitanos Ordin. Regia lib. 3. tit. 89. §. 2. 4. apud Castellanos l. 5. & 6. tit. 17. lib. 5. & l. 25. tit. 1. 3. lib. 8. nona recop. Rebuff. tom. 1. ad leges Galliae, tit. de lit. oblig. art. 2. gloss. vnic. n. 101. Menoch. de arbit. casu 378. Bellacomb. tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 15. n. 90. pag. 279. Duen. reg. 275. vers. limita 1. Azeued. ad l. fin. n. 46. tit. 2. lib. 4. nona recop. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 3. n. 16. & 21. Collantes in comment. in fauorem rei frumentariae, & agriculturae, lib. 1. c. 8. n. 5. Ignat. del Villar in sylua respons. res p. 16. c. 1. per totum, optime Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de executione rei iudicatae, resol. 2. n. 1. vbi n. 2. quod procedit in praediis tributariis, & n. 3. in subsidium, & n. 4. etiam quando expresse est factum pactum, ut possit fieri executio in bobus aratorij, & n. 5. limitat in bobus indomitis. Aduertas huiusmodi privilegia extendi ad agricolas, qui per substitutum, suosque famulos agriculturam exercent, Ignat. del Villar d. c. 1. n. 37. quicquid dicat Collantes d. tract. lib. 2. cap. 2. num. 1. & 2. Extenditur etiam quando tempore contractus reus erat agricola, licet tempore executionis desineret esse, Ignat. del Villar d. cap. 1. n. 36. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de expensis, resol. 2. num. 2.



De Pactis.

TIT. XXXV.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panormit. Felin. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 18. verso, Ioan. de Londris in breuiaria sanctorum Canonum, fol. 165. verso, Petr. de Rau. in compendio iuris Canonici, Martin. Mcfnart. in opitome De-

cretalium, for. 40. verso, Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontificij, a pag. 110. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastal. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretal. Lancel. in insit. Canon. Canif. in summa eiusdem iuris, Cafarel. in erotem. eiusdem iuris, Barthol. Carthag. in exposit. titulum iuris Canon. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De pactis peculiare tractatus edidere Bald. de Vbaldis, Andr. ab Exea, Franc. Duaren. Greg. Natta, Ioan. Baptista Caccialup. habentur tom. 6. tract. Doctorum, & Mathaeus Cuno, Nelfric. Vlricus Nunnus, Alphanus, Otthom. & Aequina. Baro in disputat. de pactis, Mendoc. in disput. ad tit. ff. de pactis, Vigel. in comment. de pactis, & in variis tractatibus scripserunt Nauat. tom. 1. consil. sub tit. de pactis, Sayx. in floribus, decis. sub eod. tit. Soar. Vilalob. & alij tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 3. de pactis, Cotta in memorabilibus, verbo, pactum, Cardoso in praxi iudicum, & aduocat. verbo, pactum, Rendina in promptuario recept. sent. tom. 1. tit. 83. de pactis, Morla in emporio iuris Civilis part. 1. tit. 3. de pactis, Card. Mantie. de tacitis, ambig. conuent. lib. 2. 4. tit. 1. Paul. Laym. in Theologia mor. lib. 3. tract. 4. cap. 1. & de pactis futurae successionis, Anton. Contius, & de pactis conuentis inter decultores, & creditores, Stracha tom. 6. tract. Doct. p. 1. fol. 321. & de pactis, & promission. pro obtinenda gratia, vel iustitia, Virginus de Boccacis, Martin. Nanat. & de pactis francandis, Nicol. Mongiorgius.

SUMMARIUM.

- 1 Pacta etiam nuda seruanda sunt.
- 2 Pax seruanda.
- 3 Pacta sunt seruanda.
- 4 Pacta rumpere grane est apud Deum, nedum apud homines.
- 5 Fidem fallere graue est.
- 6 Pactum nudum quid sit, & quando inducat actionem de iure Ciuili, & Canonica, & quid si sit iuratum & inter mercatores, remissive.

CAP. Antigonus I. Ex Conc. Afric.

PACTA quantumcumque nuda seruanda sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zab. Collect. Bellam. Holt. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Anch. Panorm. Felin. Butr. Henric. Boich. Mant. Cened. collect. 31. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 492. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 172. remissive Ximen. in concord. part. 1. & 2. & volum. 3. repet. super ius Canonicum. Fotun. Garcia, defumi vulgo dicitur ex Conc. Africano, sed recte Cont. in margine scripsit ex Concil. Carthaginens. I. cap. 12. refertur ab Anton. Angust. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 26. cap. 1.

Pax seruetur.] Vide quae dixi ad rub. de treuga, & 2 pace, & ibi citatis adde Azeued. per text. in l. 1. tit. 2. lib. 6. nona recop. vbi a n. 2. tradit quibus rationibus pax non seruetur.

Pacta custodiantur.] Notatur ad hoc quod pacta sunt seruanda, l. 1. §. si conueniat, ff. de positi, l. 1. ff. hoc tit. Liuisgentium, §. Praetor ait, ff. eod. cum similibus citatis per Menoch. conf. 1. n. 226. cum seqq. & conf. 92. n. 33. & conf. 93. n. 30. & conf. 156. n. 46. & 54. & de arbit. lib. 1. q. 57. n. 6. Gom. var. tom. 2. c. 8. n. 4. colum. 2. Surd. de alimentis, tit. 7. q. 18. n. 12. & decis. 259. n. 5. & decis. 260. n. 12.